tialē ordinē int̄ se. Sz p̄fessio z p̄tricio h̄nt nccario essentialē
ordinē int̄ se. q̄re ad h̄ p̄fessio h̄mōi valeat optz p̄tricio p̄/
cedat p̄fessione. l̄ ad min^o sit sil̄ cū ea. s. i casu p̄posito p̄tricio
nō p̄cedit. nec ē sil̄ cū p̄fessioe. imo et^o oppositū ē sil̄ cū p̄fessio
ne. s. delectatio z placētia i pctō. q̄re illa p̄fessio nihil valuit.
z iō oz p̄teret. Uez ē q̄sfr̄ Ber. ganacho de galliatio bacca
lari^o i theologia. z q̄ndā elect^o claromō. in correctorio suo d̄
dictū mgr̄m Hodostridū dic. q̄ al nō tenet d̄ nccitate itez cō
fiteri. s. tenet itez p̄teri d̄ pctis p̄us p̄fessis fictē. z d̄ ip̄s fictōe
z p̄tute p̄fessiois facte z p̄triciois p̄nt̄ remittūt sibi pctā. Ar/
guit q̄ sic. Tm̄ valz z p̄tricio i p̄tute p̄fessiois facte p̄tū va
let z p̄t i p̄tute p̄fessiois faciēde. s. p̄tricio i p̄tute p̄fessiois si
ende delet oia pctā. vt tenet docēna fidei xp̄iane. q̄ z in p̄tute
p̄fessiois iā facte. Cōfessio ei iā facta habuit existētiā realē. z
iō virt^o ei^o p̄t opari meli^o q̄ illi^o p̄fessiois q̄ nonduz fuit. Que
istaz opinionū serverioz nescio. tm̄ credo q̄ tenet p̄fiteri saltē
i generali. s. q̄ fuerit alias p̄fessus mltā pctā de q̄bō n̄ penite
bat nec p̄ponebat abstinere. s. mō p̄terit^o de ip̄is. z ē par^o facere
pniaz inūctā. Et credo q̄ si i sp̄ali p̄fitef oia pctā bñ facerz
Et istō videf sentire Ray. in sūma sua. Rōem et^o vide sup̄ in
istō eodē caplo. p̄si. q̄r^o casus.

Quō debeat se h̄re sacerdos ad p̄fitefē **Ca. VIII**
o Stēto d̄ p̄fessioe q̄ ē z q̄lis debeat eē. restat ostēdere
de p̄fessore. Et p̄mo quō debeat se h̄re ad p̄fitemem.

Circa qđ notandū q̄ p̄fessor d̄z gerere vicē sp̄ial^o medici.
pctōz p̄o vicē sp̄ial^o egroti. Sic em̄ corpal^o medic^o ad egro/
tū accedēs p̄mo mulcet ip̄m egrotū z p̄patif ei se p̄formādo
infirmitate. s. bis blādif. sanitatē pollicet. vt eger p̄fidenti^o dete
gat morbi q̄ntitatē z dolorz acerbitatē. sic sacerdos q̄i medi

De confessione

cus spūal' dūm ad eum accedit pctōr. q̄ est q̄si spūal' egrotus
d3 pctōrem verbis allidere. blādiment' mulcere. vt facilius
egrot'. i. pctōr detegat morbū. i. pctm̄. Debet ḡ p̄fessor pctō
rem doceret monere vt ad pedes ei' hūiliter sedeat. nec patiat
cum sedere de pari. Et si sit mulier d3 eam docere vt sedeat
et trāuerso ne respiciat sacerdos faciem mulieris. qz vt d3 in
Abacuc. Facies mulieris facies leonis z vent' p̄rens. Nec
etiam respiciat quēcūq3 p̄fitemem in faciem. qz exinde au-
daci' p̄fitebit'. Exinde pio ac dulci suauit' colloquio debet
ipm̄ inducere ad p̄punctōem p̄ponēs bñficia q̄ xps ei p̄tulit
porissime in passiōe sua. qñ. s. p̄ saluandis pctōrib' voluit tā-
tum dolorem sustinere. Item qz ipse dixit. Non veni vocare
iustos sed pctōres. Item ostendat ei q' illi q' pl' peccauerūt
si bene penitent magis diligūt a deo postea z exaltat. sic patz
in Dauid. Petro. Paulo. Maria magdalena. et latrone. q̄
om̄es fuerūt maximi pctōres. Et qz bñ penituerūt de pctis
suis postmodum fuerūt amati z singulariter a deo exaltati.
Exponat etiam sibi pietatē. misericōdiam. caritatem z māfuetu-
dinem dei. q̄b' para' est recipe pctōres. Suadeat etiā ei q' p̄
non verecundet' p̄fiteri sibi. qz ipse sit pctōr sic z ipse q' p̄fitef.
imo forte pl' q̄ ipse. z q' nō p̄fitebit' ei sicut bōi s3 sic tenēt' lo-
cū dei. z q' ipse citi' dimittet se interfici q̄ p̄ renelaret pecca-
tū ipi'. Et si forte ex om̄ib' istis pctōr nō vult p̄fiteri p̄ponat
ei p̄fessor terrore iudicij z penas inferni. z q̄nta mala para-
ta sunt pctōrib'. z q̄ dire punit de' eos q' nōlūt penitere. z q̄
misericorditer peccat' penitētib'. z om̄ib' istis expositis audiat
simplr' p̄fessionē ipi'. Laueat aut' p̄fessor ne expuat v' aliq̄d
signum abominatōis ostendat q̄tumcūq3 pctōr p̄fiteat pec-
catū flagiciosum z enozme. sed om̄ia audiat cū mansuetudi-
ne et pietate.

De interrogatōib' faciēdis i' p̄fessioe Ca. IX

q' Uānis q̄dam dicūt q' interrogatōes nō sūt faciēde in
p̄fessioe. tñ qz dictū eoz est multū piculosū p̄pter sim-
plicitatē z verecundiā hoīm. ido credo fr̄ium. s. q' sunt fa-
ciēde interrogatōes in p̄fessioe. Cū Aug' sup illum locum.

quo d' andrea mulier

quo d' q' p̄fessor p̄ponat
vires p̄ponat

Tractat^o. III. secunde partis

Qui sine pctō ē p̄m̄ in ip̄am lapidē mittat inq̄t. Cauet spi-
ritualis iudex q̄s̄c̄ nō p̄misit crimē neq̄cie. ita n̄ careat mu-
nere scie. oportet em̄ p̄sciat coḡscere q̄cqd̄ debeat iudicare.
Judiciaria em̄ p̄tās h̄ expostulat vt qd̄ d̄z iudicare coḡscat.
Diligēs igit̄ inq̄sitor exp̄mat sibi. z subtil̄ inuestigator sapiē-
ter z q̄i astute inq̄roget a pctōre qd̄ forsitā iqr̄at vt verecun-
dia velit occultare. Cognito itaq̄ crimē z variatibz ei⁹ n̄
dubitet inuestigare z locū z tps. zc. Quibz cognit⁹ assit beni-
uol⁹ parat⁹ exigere z secū onus portare. h̄eat dulcedinez in
affectōe. pietatem in alteri⁹ crimē. discretiōem in varietate.
Dec z m̄tra alia ponūt de pe. dist. vj. Cui aū. s. oportet. Et
vrult Bre. Clavis ap̄tōis est fimo correctōis. q̄ inq̄roga-
dor increpādo culpā detegit quā sepe nescit ip̄e etiā q̄ p̄pe-
trauit. xliij. di. si recor. Et ita p̄m̄ ybum beati Job. Subti-
liter educend⁹ est de sinu pctōris manu obstetricante. i. idu-
stria p̄fessoris coluber tortuosus. Viso ḡ q̄ inq̄rogatiōes fa-
ciēde sunt in p̄fessōe. videndū est de q̄bz faciēde sūt z q̄ ordi-
ne. Un̄ sciendū q̄ inq̄rogatiōes faciēde sūt de pctis mortalibz
z circūstantijs eorūde. Ut ḡ sciat de q̄bz sūt faciēde inq̄roga-
tiōes oportet scire q̄t sūt pctā mortalia. Pro q̄ notandum q̄
pctm̄ p̄t esse mortale ex natura sua. sic forni-
cari est pctm̄ mortale ex natura sua. Alio mō aliq̄s act⁹ p̄t esse
pctm̄ mortale ex intentōe. sicut cantare in ecclia nō est pctm̄
mortale. imo p̄t esse meritorijū. s̄z cantare vt placeat mulieri
vt alliciat eā ad peccandū mortale est pctm̄. Et qz intentio-
nes hūane sūt q̄i infinite. id̄ de his q̄ sūt pctā mortalia ex in-
tentōe nō pōt certa regula dari. Loq̄mur ḡ de his q̄ morta-
lia sūt ex natura sua. Un̄ sciendū q̄oēs transgressiōes p̄cepto-
rū decalogi sūt pctā mortalia. de his tñ dicit̄ in ecclia p̄te h̄
opis qm̄ age⁹ de x. p̄ceptis decalogi. q̄dam em̄ numerant ab
ap̄lo i eplā ad Ro. xiiij. vt ē ydolatria. viciū s̄ naturā iniq̄tas.
malicia. fornicatio. auaricia. neq̄cia. inuidia. homicidiū. ēō-
tentio. dol⁹. malignitas. ysura. susurratio. detractio. p̄tume-
lia. supbia. elatio. inuentio maloz. inobediētia. insipientia.
icōpositio. Et istz adiūgit illos q̄ sūt sine affectōe. sine scōe

Subt. p̄t. pctm̄ mortale

De confessione

sine misericordia Et q̄ oia ista sint pctā mortalia p̄tz ex h̄ q̄d sc̄d̄
sc̄z q̄d talia agūt digni sūt morte. Null̄ at̄ ē dign̄ morteni
si p̄ pctō mortali. ḡ oia p̄dicta sūt pctā mortalia. Sed vt de
pctis mortalibz certa hēat reglā notandū q̄ oia pctā morta
lia reducūt ad. vii. vicia capitalia q̄ p̄tinēt in hac dictione sa
ligia. Un̄ notandū q̄ i ista dictione saligia sūt septē l̄re. q̄z q̄li
bet d̄seruit suo mortali pctō. nā p̄ trāz s̄ itelligit supbia. p̄ p̄
mū a. auaricia. p̄ l. luxuria. p̄ p̄mū i. ira. p̄ g. gula. p̄ sc̄dm i. i.
uidia. p̄ sc̄dm a. accidia. vii. Dat septē vicia tibi h̄ dictione sali
gia. Ite at̄ sūt septē male radices q̄ in t̄ra defta inuisa z ina
q̄sa aīaz hoīm pctōz d̄ q̄bz ego sū vn̄ radicat̄. Ex q̄libet fo
radice eaz mlti rami pullulā vt tradit̄ Br. sup̄ Job. Nā ex
ista mala radice q̄ ē supbia oriūt̄ septē pessimi rami. vīcz in
obediētia. iactātia. ypocriſ. p̄nacia. p̄tētio. discordia. p̄sūp
tio. Et nota q̄ ista vocāt̄ mortalia. q̄z p̄ ista icurrit hō sniaz
spūalē. Primū ḡ z p̄ncipale int̄ ista ē supbia. i. amor iordina
tus suiipsi. s. p̄pe excellētie z honoris. n̄ referēdo ad honores
dei nec actu nec hitu. nec ad edificatōz alteri. primi. Et sūt
q̄ttuor modi supbie. Prim⁹ ē q̄n hō appetit videri z reputa
ri ab aliq̄ melior̄ q̄ sit. z p̄sumit d̄ se q̄ sit bon⁹. z ē t̄n mal⁹ ec
pctōz. v̄l q̄ hēat aliq̄ bōa q̄ nō hz. Sc̄ds mod⁹ ē q̄n hō se re
putat h̄ze bōa a seipō q̄ hz a dō. Tert⁹ mod⁹ supbie ē q̄n hō
r̄putat se h̄ze illa q̄ hz a dō p̄p̄ijs meritis z n̄ p̄ grāz dei. Quar
t⁹ q̄n q̄s p̄ nobilitatē vel diuitias l̄ q̄cūqz alia vult appere ex
cellētiōz sup̄ alios inordinate z pl⁹ q̄ stat⁹ suus exposcat. Et
nota q̄ rami supbie q̄ sup̄dicti sūt ab aliq̄bz nūcupāt̄ filie q̄
aliq̄līe p̄p̄ simplices sūt describēde. Un̄ in obediētia ē p̄tem
ptus p̄cepti superioris. s. dei v̄l cuiuscūqz hoīs cui tenet obedi
re. vt p̄ h̄ hō inobediēs videat̄ nō alteri subijci v̄l esse subie
ctus. ypocriſ ē exteri⁹ oñdere deuotōz fictē. p̄p̄ laudē hoīm
habēdā. Eōrentio v̄l p̄tēdere ē resistere alijs p̄ p̄ba z n̄ velle
ab alijs supari in p̄bis z lite. vt p̄ h̄ excellētiōz videat̄. Perti
nacia est q̄n p̄p̄ie opinioni vel scie homo nimis inordinate
innititur. nolens credere p̄silio maior̄. vt per h̄ appareat sa
pientior. Discordia est q̄n aliq̄s rebellat et p̄dicat voluntati

In isto nam
Saligia videtur
oia p̄p̄ mort
alia

73 rami oriuntur
ex supbia

4 modi supbie

Tractat⁹. III. secunde partis

melior pterne et ex supbia cordis. Presumptio est quoniam quis per vestes inordinatas et alia quocumque mirabilia vult apparere et gloriari et ab illis a quibus videtur valentior reputari. De radice auaricie nascuntur scilicet. proditio. fraus. fallacia. periurium. iniquitas mentis. Inmisciam cordis obduratio. Proditio est dolus in rebus interioribus. Fraus est deceptio in rebus exterioribus pro defectu vendite rei vel empti. Fallacia est deceptio et dolus in verbo ad decipiendum. perim sine invidendo sine in emendo. Periurium est perbium in merito perlatum cum iuramento. vel iuramentum in medio sum propositum et affirmatum. Iniquitas mentis est nimia et inordinata sollicitudo circa diuitias acquirendas. et silia. Cordis obduratio est quoniam auarus obdurat et confirmat cor suum quoniam nihil dabit pauperibus. nec misericorditer subuenit alteri. Auaricia est appetitus inordinatus habendi indebite diuitias. vel quocumque perit emi vel vendi per pecuniam. Est autem duplex auaricia. quoniam quidam homo nimis ardeat custodire res suas non iniuste rapiendo alienum. et talis auaricia est peccatum mortale tamen in duobus casibus. Primus est quoniam homo tamen diligit diuitias suas et occupat se in eis quod peruenit ad honorem dei et precepta eius. Secundus quoniam homo non subuenit proprio pauperi in necessitate constituto. quia tunc talis auaricia est peccatum mortale. Alia auaricia est quoniam aliquis cupit alienum capere vel detinere iniuste quocumque modo cum certo proposito. Et auaricia talis semper est peccatum mortale. nisi quocumque pro puritate rei ablate. puta furari mortale et lum panis vel aliquid tale non est peccatum mortale. Preter istas autem filias auaricie sunt alie a quibusdam super addite. scilicet rapina. furtum. proditio. usura. Rapina est acceptio rei aliene cum violentia. Sed furtum est acceptio iniusta et occulta rei aliene inuito domino suo. Proditio est dolus circa personas. puta cum una persona prodit vel tradit aliam. ut patet factum est de Iuda proditore. Usura est quoniam per dilacionem termini vel ratione mutui accipit aliquid ultra sortem. sicut in rebus in quibus non differt usus rei et perceptio eius ut panis. De infecta radice luxurie nascuntur octo filie. scilicet ceci tas mens. inconsideratio. inconstancia. precipitatio. amor sui. odium dei. amor presentis seculi. desperatio sine horrore futuri seculi. Cecitas mentis est quoniam homo propter delectationem hominum

*Quod est Auaricia &
S radice eius*

S radice luxurie

De confessione

veneris impedire et abstrahit in mente. Inconsideratio est quae impedit
et sopit rationem hominis propter vehementer luxuriam. Inconstantia est quae homo propter
propter delectationem hominibus veneris retardat ne faciat vel perficiat bona
quae incepit facere vel posuit facere. Precipitatio est quae propter de
lectationem hominibus impedit consilium in agendis. Amor sui et odium dei est
ex parte voluntatis. quoniam. scilicet. homo propter appetitum peccare luxuriam et incur
rere odium dei quasi a luxuria abstinere vel abstrahere. Amor presentis
seculi et horror futuri iudicii est quoniam luxuriosus in tantum delecta
tur remanere in luxuria quod vellet se pro manere et vivere. nec cu
rar de eterna vita. Luxuria est appetitus inordinatus circa delec
tationem veneris. Et habet sex species. secundum alios tantum ponunt septem ut
postea patebit. Prima est peccatum contra naturam. scilicet. quoniam sit modo quod non con
uenit generationi humane. Fornicatio generaliter est omnis peccabi
tus soluti cum soluta extra legem in fornicationem. Adulterium est peccabi
tus factus in matrimonio quoniam. scilicet. uterque est in matrimonio copulatus. vel saltem
alter eorum. Incestus est peccatum cum sanguinea. Stuprum est defloratio
virginis. Raptus est quoniam mulier rapitur contra voluntatem parentum suorum. Et
notandum quod omnis peccatum factus extra legem in fornicationem est peccatum mort
tale. quod contra legem naturae. contra preceptum dei et contra iustitiam primi. Similiter
omnis tactus impudicus factus cum intentione provocandi ad actum luxu
rie est mortale peccatum. vel saltem causa mortalis peccati. De pesti
fera radice ire pullulat serpens. scilicet. rixa. tumor mentis. contu
melia. clamor. indignatio et blasphemia. Ira est motus sanguinis
circa cor. propter appetitum vindicte. Unde sciendum quod ira quae est
perniciosa. nec est peccatum. quoniam. scilicet. appetitum vindicte est secundum debitum ordinem
iusticie et cum caritate. quoniam homo querit correctionem peccati et non vindi
ctam propriam. nec nocendum proximo. sed solum offense culpe querit
vindictam. et talis vocatur zelus. Quando autem talis appetitum vindicte est ad vin
cendum propriam iniuriam et ad nocendum proximo. talis iam est peccatum. et non
est homini talis vindicta accipere nisi habenti auctoritatem. Est autem peccatum
mortale quoniam talis appetitum vindicte est ad inferendum aliquid nocu
mentum. quod est contra caritatem proximi. sed potest esse motus sensualitatis pro
veniens rationem et inconsideratum. sic est peccatum veniale. Indigna
tio est quoniam alter iniuriantem sibi despiciat in corde suo. et indi
cat eum indignum et despiciendum considerans defectus eius

De radice ire

Tracta. III. secunde partis

Tumor mens est qñ hō irat⁹ qñsi inflat⁹ cogitat viā ⁊ modū nocēdi ei q̄ fecit sibi iniuriā. Blasphemia ē locutio ꝑ deum. eo q̄ p̄mittit sibi talē iniuriā fieri vel euenire. Clamor est locutio iniuriōsa ꝑ prim sine exp̄sione determinate iniurie. Et h̄ in euangelio vocat racha. i. subsannatōis signū. Lōtū melia est locutio ꝑ prim cū exp̄sioe iniurie. puta cum aliq̄s vocat ex ira alteꝝ latronem vel homicidā. ⁊ similia. Rixa est q̄stum ad iram in ope exteriori. scz verberatio. abscisio. vulneratio. et silia De voraci radice gule nascunt qñ q̄. s. inepra leticia. scurrilitas. immūdicia. multiloquiū. hebetudo sc̄sum. Gula ē appetit⁹ inordinat⁹ ⁊ immoderat⁹ comedendi vel bibendi ꝑ regulam recte rōnis. s. sumendo pl⁹ de cibo et potu q̄ nase ꝑueniat ⁊ complexioni hōis sumens ⁊ ꝑuersationi eoz inēqs habitat Sciendū tñ q̄gula nō ē pctm mortale ex nasa sua nisi in duobz casibz. Un⁹ qñ ꝑ timoreꝝ vel amoreꝝ dei non retrahit se a pctō gule. sed intm̄ appetit cibum ⁊ potum q̄ non retrahet etiam ꝑpter ꝑceptū diuinuz. Scōs qñ hō inebriat se libenter in tali statu q̄ nescit se regere. ⁊ tūc gula est pctm mortale. Hebetudo mentis ē abstractio intellect⁹ circa speculabilia ⁊ agibilia ꝑ nimia sup̄tōꝝ cibi ⁊ pot⁹. Inep̄ta leticia est deordinatio volūtatis circa delectatōem cibi et pot⁹. qñ. s. hō vage ⁊ incōposite circa talia nimis ⁊ sup̄flue letat. Multiloquiū est qñ hō sup̄flue et nimis in verbis incōposit⁹ ⁊ cachinnationibus deordinat se. Scurrilitas est qñ homo se inordinate ad exteriores act⁹ ad modū ioculatoris hz. Immūdicia est vomit⁹ sequens ex inordinata comestione vel potu. vel etiā pollutio seminis ꝑ uenies ex repletionē nimia De ficta radice inuidie nascuntur qñq̄. s. odiū. susurratio. detractio. exultatio in aduersis primi. ⁊ afflictio ī ꝑsp̄s ei⁹ Inuidia ē tristitia de bono alteri in q̄stū impedim̄tū ē ꝑpe excellētie. Odiū ē velle malū ali cui⁹. ⁊ ꝑ h̄ bonū primi diminuerē. Susurratio ē diminutō fame alterius ꝑ verba occulta ⁊ nō exp̄mētia maifeste maliciā siue infamiaz ei⁹. Detractio est alteri ꝑ verba manifesta infamatio. tñ in absentia ei⁹. Derisio est vilipēsio dictoz vel

quas radice gule

in gula ⁊ potu
mortalis

radice inuidie

De confessione

factor alteri⁹ ludibrio et risu. Ecultatio i aduers⁹ p^{ri}mi e cu
aliquis gaudet de aduersitate et dano p^{ri}mi. Afflicio i p^{er}sp^{er}
ris e dolor et displicentia de bonis et p^{er}sp^{er}itate alioz qua no
p^ot impedire De radice neq^{ue} accidie p^{re}cedit sex. s. malicia.
rancor. pusillanimitas. desperatio. torpor circa p^{re}cepta. vaga
tio m^{er}it^{er} erga illicita. Accidia v^{el} pigrinia e tediū seu fastidiū
diuini boni. s. q^uo hō non h^{ab}et deuotōem bonā nec delectatōz
in amore dei. s^{ed} tediū mag^{is} et fastidiū et mentalē recessus. Et
istō repugnat caritati quā q^ulibet hō tenet h^{ab}ere diligēdo deū
sup^{er} omnia. et delectabili amore tenet ei inherere. Et causat
talis pigrinia ex rebellioe carnis ad sp^{iritu}m. Vagatio m^{er}it^{er} cir
ca illicita est q^uo aliquis non inuenit delectatōem in sp^{iritu} alio.
et vacat delectatōib^{us} carnalib^{us} et q^uerit ea. puta nimis ludēdo.
nimis iacēdo. Desperatio est recessus a bono diuino cui fir
miter est inherendū. Torpor circa p^{re}cepta est p^{ro}pter accidiaz
negligere et p^{re}tere mere diuina p^{re}cepta que sunt faciēda de
necessitate salutis. Rancor est indignatio quam habet ho
mo piger cōtra illos q^uo monent eum b^{en}efacere illa ad q^uo tenet
Malicia est odium et indignatio quam homo piger habet
contra illos q^uo docent pigros h^{ab}ere sp^{iritu}alia bona in q^uo impe
diūt a delectatōib^{us} corpalib^{us}. Lepiditas est pu^{er} amor dei et
p^{re}ceptor et. Dollicies est q^uo homo piger non vult sustine
re q^uo cūq^{ue} p^{ro}pter amorem dei. nec facere aliquod bonuz
ad quod tenetur. Somnolentia est somni nimietas ad mo
dum brutorum. et pigrinia ad surgendū ad benefaciendum
illa que tenet facere. et quando tenetur ea facere. Pusillani
mitas est boni ardui p^{re}termisio. quod cadit sub consilio.
puta tarde confiteri. tarde penitentiam facere. Ociositas e
cessatio a bono opere quod tenetur homo facere. et quando
tenetur facere. et attentio ad inutilia et nociua. Et vltra sex
ramos vel filias ipsius accidie supra addite sunt quattuor q^uo
dicite sunt multum facientes ad declaratiōez materie. Iste
igit^{ur} sunt septem radices cum ramusculis suis q^uo in vniuerso
suis quadraginta tres. et sic ipsis computat^{is} cum septem radi
cib^{us} erūt in toto quinquaginta. De quo q^uinquagenario dicit

*Amia 2 9
radior*

Vagatio m^{er}it^{er}

Septans

Tracta. III. secunde partis

De vias ppha. Si fu^o dei sū descendat ignis d' celo z deuoret
te z qnq̄ginta tuos. Ita debet dicere p̄fessor p̄fidenti. Si p
qz fu^o dei sum. qz loco dei sū. descendat ignis de celo. i. ignis
spū sancti descendat in aīaz tuā. z deuoret te. i. veterē hoīez
alias erratē. z qnq̄ginta tuos. id est. radices z ramos. Nūc
ḡyidendū est quō sacerdos d̄z interrogare de istis. Si em̄ pec
caroz p se vel ad interrogatōem sacerdos d̄z s̄fiteat de supbia. di
cēdo. Peccaui pctō supbie. sacerdos d̄z interrogare de mō. di
cēdo. p quem modū fuisti supb. fuisti vnq̄z inobediēs man
dat̄ supioz tuoz. sic eccle vel p̄lati vel parentū tuoz vel dñi
vel m̄gri. z h̄ fm̄ d̄ditōem p̄sone q̄ sp̄ d̄z inspici. Si dicat q̄
sic. interroget q̄bz mandatz. quō. q̄tiēs. q̄re. q̄ñ z vbi. q̄ circūstā
tate dictū est sup̄ in oībz pctis. sūt attēdende z considerāde.
Deinde interroget. iactastit vnq̄z de bonis a deo tibi collatz.
sine sint bōa nase. sic pulcritudo. fortitudo. aptitudo. nobili
tas. z silia. sine sint bona fortune. sic sunt diuitie. vt denarij.
vestes. ornamenta. equi. agri. possessiōes. z silia p̄alia bona.
sine sint bōa gr̄e. sicut sapientia. eloq̄ntia. scia. frutes. et silia.
Debet igit̄ p̄fessor dicere. fuisti vnq̄z clar^o in mente tua. l' glo
riastivnq̄z de pulcritudie. fortitudine. aptitudine. nobilitate.
diuitijs. sapientia. eloq̄ntia. fructibz. z ceteris bonis tibi a
deo collatz. ita q̄ non te hūilliazi corā deo p h̄mōi bonis q̄n
tum debuisti. vel credidisti ista h̄re ex meritis tuis z nō ex me
ra gr̄a dei. vel p̄ illa credidisti pl^o valere q̄z alijs. ita q̄ facta z
dicta alioz p̄tēneres z dedignarers eis esse eq̄lis. Si dicat
q̄ sic. interroget. q̄tiēs. quō. z sic de alijs. Deinde interroget ad
huc vtz ad h̄ vt p̄mendareris z honorareris p̄ alijs fuisti ne
vnq̄z ypoerita. ita q̄ p̄terit^o ostenderes sanctitatē z bonitatē.
z interi^o retineres maliciā z iniquitatē. Si dicat q̄ sic intro
get. q̄tiēs. quō. zc. Deinde interroget. nūqd̄ quia non honora
baris vel p̄mouebaris p̄ alijs monuisti aliqū p̄tentōes z dis
cordias in ciuitate. villa. societate vel collegio. Si dicat q̄
sic. interroget si mala fuerūt inde secuta. qz si sic oīm illoz ip̄e
est reus. Deinde interroget nūquid p̄ supbiam nevidereris
superari ab alijs fuisti pertinax in sustinendo p̄ veritatem z

Interrogatō d̄
p̄p̄a

De confessione

justiciā. p̄siliū tuū vel sniaz tuā z̄pbū tuū. Si dicat q̄ sic in-
terrogetur aliqd̄ dānū est inde secutū. qz̄ si sic ip̄e tenet̄ r̄pa-
rare. Deinde interroget eū. p̄sūpsisti ne vn̄q̄ aliqd̄ facere qd̄ ex-
cederet vires tuas. statū tuū. d̄ditōz̄ tuā z̄ tuoz̄. Si dicat q̄ sic
interroget si fuerit inde aliqd̄ lesus vel d̄nificat̄. qz̄ si sic ip̄e
tenet̄ reparare. Et sic ista pessima radix sup̄bie pot̄it euelli de
corde pctōz̄. Eodē mō dicendū est de radice auaricie. qm̄ si
pctōz̄ p̄ se vel ad interrogatōz̄ sacerdot̄z̄ p̄fiteat̄ de pctō auari-
cie interroget sacerdos de mō. dicēdo Fecisti vn̄q̄ fraudē vel
fallaciā. v̄l dixisti vn̄q̄ mendaciū vel piurū in emēdo v̄l cō-
mutādo. vel aliquē aliq̄ serū faciēdo. Si dicat q̄ sic. intro-
get quā fraudē vel fallaciā. s̄ ip̄e sacerdos nō specificet eā
illi. J̄tō em̄ habēdū est p̄reglā generali q̄ in ist̄z̄ interrogatō-
nibz̄ sacerdos nō dz̄ descēdere ad sp̄ēalia pctā vel ad sp̄ēales
circūstātiās pctōz̄. qz̄ forte mlti post tales interrogatiōes de-
linq̄rent. qm̄ ostenderēt eis mod̄z̄ z̄ maneries pctōz̄ q̄s ip̄si
nescirēt cogitare. Et iō sp̄ interroget in generali dicēdo vt̄ di-
ctū ē. fecisti vn̄q̄ fraudē vel fallaciā z̄c. Et si dicat q̄ sic. intro-
get quā z̄ q̄re. q̄bz̄ modis. s̄ q̄s. q̄nēs z̄ q̄bz̄ casibz̄. Deinde in-
terroget eū dicēdo. Dimisit vn̄q̄ p̄ auariciā tuā ad imple-
re septē opa misericōdie. z̄ specificet illi ea dicēdo. vidisti ne vn̄q̄
esuriētē cui nō dedisti māducare. z̄ sic d̄ alijs opibz̄ misericōdie.
de q̄bz̄ dicet̄ infra in tertia pte h̄ op̄is. Si dicat q̄ sic. intro-
get eū de circūstātia vt̄ dictū ē. Circa etiā pctm̄ auaricie in-
terroget enz̄ de ludo. furto. rapina. vsura. de q̄bz̄ aliqd̄ dicet̄
infra. Circa fedissimā radicē luxurie notandū q̄ luxurie
septē sūt spēs. Prima est fornicatio. sc̄da adulteriū. tertia stu-
p̄rū. q̄rta incestus. q̄nta rap̄. sexta sacrilegiū. septima ē pec-
catiū s̄ nafam. Fornicatio ē p̄cubū soluti cū soluta. Adul-
teriū est alteri thori violatio. Stup̄r est illicita p̄gis desflo-
ratio. Incest̄ est affiniū vel p̄sanguineoz̄ abusus. Rap̄ ē cū
puella de domo parētū violēt̄er trahit̄. vt̄ corrupta ī v̄roie l̄
p̄cubinā habeat̄. Sacrilegiū put̄ h̄ sumit̄ est religiosoz̄ vel
religiosaz̄ vel p̄motoz̄ ad sacros ordies p̄cubitus. Pctm̄ s̄
naturam sūt multz̄ modis. Uno mō qm̄ nō seruat̄ spēs. sicut

m

Interrogatus d' auaricia

Interrogatus q' p'p'or

*Septē spēs p̄p'or
Fornicatio*

Tractat^o. III. secunde partis

*Pro q^o n^oz for
m^oz modis*

*quod offensa p^o s^o
deu^o m^oz modis
luxuria*

quoniam fit cum iumento. et istud vocatur bestialitas. Et hoc dicitur in lege moysi. Qui coierit cum iumento morte moriatur. Alio modo quoniam fuerit spiritus secundum se. sic quoniam masculus peccat cum masculino. et scilicet cum feia. et istud vocatur prope peccatum sodomiticum. quoniam isto peccato sodomite laborabat. et ideo creman fuerit igne sulphureo. Benef. xix. et alie quatuor civitates pierunt prope viciniam eorum. de pe. di. i. s. et continuo. Alio modo fit quoniam non fuerit vas debitum et modus debitus. sicut fuerit secundum se. sic quoniam vir abutitur vasculo mulieris. vel quoniam non cognoscit eam modo naturali. Alio modo fit quoniam idem est agens et patiens. sic quoniam vir corrumpit seipsum vel mulierem seipsum. et vocatur istud peccatum molliciei. Unde dicit apostolus. Neque molles neque masculorum concubitores regnum dei possidebunt. Circa istud maledictum peccatum luxurie cavetissime dicitur sacerdos procedere. ita quod non nimis ad praeclara descendat. quoniam sic frequenter compertum est tam viros quam mulieres pro nimis expressam noiam et interrogatos criminum in peccata quae non fuerant incurrisse. Unde si peccator pro se vel ad interrogatos sacerdotis dicat se peccasse peccato luxurie sacerdos interroget eum utrum sit solus vel non. et utrum peccavit peccato fornicationis et adulterii et stupri si illa cum qua peccavit erat soluta. vidua. et coniugata. affinis. consanguinea. religiosa. et ego. et utrum illam habuerit pro violentia et non. et istud sufficit si persona suspecta est intelligens. sicut si est persona simplex interroget sacerdos utrum aguerit eam modo naturali. non tamen descendendo ad praeclara. id est non interroget an cognoverit eam ante vel retro et sic de aliis interrogandis. Interroget etiam de numero personarum. id est si cognovit unam vel plures. tamen non interroget de nominibus personarum. Interroget insuper de numero actuum. id est an semel vel bis an pluries. Interroget etiam de tempore. id est si tempore sacro vel non sacro. et etiam de loco. et quilibet temptatio peccavit. et utrum pervenit temptatio vel perventus ab ea. et utrum peccavit sponte vel coacte. et quae coactio utrum conditionali vel absoluta. et utrum peccavit ex libidine et ex paupertate. Et istud habet locum potissime in mulieribus. et ita de multis aliis quae magistra rex experientia docebit. Sed quia ista radix peccati luxurie extendit ita palmites suos quae etiam cooperit lectos lege meritorum diuictos. Sciedum quomodo peccare peccato luxurie

De confessione

multis modis etiam mortaliter cum uxore sua. quod modi continentur in his versibus. *Tempe mente loco additione modo.* Quinq[ue] modis peccat uxore marit[us] abutens. *Tempe.* id est si in tempore menstruo[rum] cogit eam. quia si scienter hoc faceret peccaret mortaliter. et in veteri lege mandabatur interfici. Sed quod de muliere menstruata. nunquam peccat sicut vir. Dico quod si vir tempore menstruo[rum] petat debitum sibi reddi ab uxore ipsa dicitur ei quod potest persuadere ne petat. dicendo se esse infirmam nec esse paratam: tunc ad opus illud. Non tamen dicitur ei dicere se esse in passione illa nisi postaret ei de constantia viri et prudentia seu discretione eius. quia ipse posset tantam abominationem recipere de eam quod dimitteret ipsam. Sed si postaret sibi de discretione et prudentia viri posset ei reuelare. Et si ipse nollet desistere reddat sibi cum dolore et amaritudine cordis. *Tempore etiam ut si uxore cognoscat tempore ieiunio[rum] vel diebus sancto[rum]. vel diebus communicatio[n]is vel tempore puerperij.* Non tamen credo quod in isto casu sit peccatum mortale. dum tamen non transgrediantur limites matrimonij. sicut dicitur. statim licet sint monendi quod tempore tali abstineant ab actu carnali. Et de hoc habetur xxxiii. q. iiij. scilicet. et. c. sequenti. *Vente.* id est intentione. Potest enim vir ad uxorem accedere tribus modis. Uno modo ut generet ex ea prolem que sit ad dei seruitium et cultum. Alio modo ut reddat debitum quod ab ea exigit. et si cum tali mente ad eam accedat non peccat mortaliter nec venialiter. immo meretur dummodo nihil aliud committeret ibi. Alio modo causa concupiscentie carnis. et si talis concupiscentia maneat infra limites matrimonij. scilicet quoniam modo accederet eam nisi esset uxor sua est solus peccatum veniale. Si autem ista concupiscentia transgrediantur limites matrimonij. ita scilicet quod accedit ad eam. non solus sicut ad uxorem sed sicut ad mulierem. ita quod si haberet aliam in promptu ita bene accederet ad eam sicut ad istam. iam est peccatum mortale. Loco. id est si cognoscat eam in ecclesia vel in cimiterio. vel in alto loco sacro. Et in isto casu ego credo quod uterque peccat mortaliter. *Conditione.* id est si cognoscat eam conditione inbonesta. vel etiam illicita. sicut visum fuit

m. 2.

*Vir mulierem peccat
in reddendo sibi
quod ei est quod*

Tracta. III. secunde partis

sup̄ qñ agebat d̄ m̄fionio. **Dō. i.** si vir eā cogscat d̄ modū in
stitūtū a nafa. z istō ē guissimū pctm̄ i vxore. **Uñ** fm̄ qd̄ dic̄
Aug. **Uñ** q̄ ē d̄ nafa z execrabil̄ fit i meretrice. s; execra/
bili⁹ fit i vxore. xxxij. q. viij. adulterij. **Scdm̄** ista ḡ poterit sa/
cerdos formare interrogatōes suas d̄ pctō luxurie circa viij. z
vxorē. saluo tñ q̄ nō nimis descēdat ad pticularia. **Circa**
pctm̄ ire. si pctōz p̄ sevl̄ ad interrogatōz sacerdos; p̄fiteat d̄ eo.
potit sacerdos interrogare si p̄p̄t irā dixerit blasphemā d̄ dō
vel sc̄tis ei⁹. **Si** dicat q̄ sic. interroget eū. q̄uo. q̄tiēs. q̄re. z sic d̄
alijs. Deinde interroget. dixisti vnq̄ p̄p̄t irā p̄ba p̄t meliosa p̄
rimo. si dicat q̄ sic. interroget q̄ p̄ba. q̄re. q̄tiēs. vbi. z corā q̄b.
Interroget etiā si fuerit iniuriat⁹ pctō. s. aliquē p̄ irā p̄cutien
do vel p̄berādo. **Si** dicat q̄ sic. interroget q̄s erat. vt si erat cle
ric⁹ vl̄ laic⁹ vel religiosus l̄ seculars. z vbi. z q̄re. z sic de alijs
circūstātijs p̄fōe. interroget etiā q̄tiēs iterauit iniurias. z vbi.
z q̄re. zc. **Circa** pctm̄ gula si pctōz p̄ sevel ad interrogatōem
sacerdos; p̄fiteat de eo. interroget si p̄p̄t gulā vnq̄s fregerit ieiū
niū ecclē. vel si comederit carnes i eis. z q̄re. z q̄tiēs. **Et** si i
ebriauit se. z si habeat p̄suetudinē q̄nebriet se. z si p̄p̄t ebrie/
tatē dixit p̄ba scurrilia. inhōesta. l̄ iniuriosa. z q̄tiēs. z q̄b di
xit zc. **Et nota** q̄ fm̄ qd̄ dic̄ **Gre.** q̄nq; modis peccat hō p̄ gu
lā. q̄ modi p̄tinet̄ in p̄sib; his. **Certū** stat q̄nq; modis gula
dānat edentē. **Dū** niniū comedit. comedēdi puenit horam.
Querit delicias. parat escas deliciose. **Aut** sumit auide qd̄
nō erat deliciosū. **Nota** q̄ ml̄tū comedē aut rōe p̄plexiōis
vel etat; vel labor; nō est pctm̄. **dū** tñ nō studio vl̄ ardozevel
auiditate sumit. **Itē** p̄ciositas ciboz moderata maxie i di
uitib; q̄ talib; vii solēt nō ē pctm̄. **dū** tñ nō nimis auide sumā
tur. nec obstat stat⁹ su⁹. **Et** qz facta ē mētio d̄ ebrietate notan
dū q̄ebrietas d̄z trib; modis. **Uno** mō d̄z plenaria mē; ob
linio. z ita nō ē pctm̄ si ex igrātia puenit. xv. q. j. sane. **Scdo**
mō d̄z ebrietas frequens actio bibēdi. **Et** h̄vt ait **Aug.** ē pctm̄
veniale. nisi sit assidua. qz tūc ē pctm̄ mortale maxie si nouit
vires vini z nō vult apponere aquā. xxxv. di. in p̄ncipio. **Ter**
cio mō d̄z ebrietas qd̄ā dispositioz studiū ad inebriāduz se

Interrogatio d̄ p̄ba

Gula d̄ p̄ba

Tracta d̄ p̄ba
ebrietas

De confessione

de facill. z ita sp est pctm̄ mortale. xxxv. di. añ om̄ia Circa
pctm̄ inuidie si pctōr p sevel ad interrogatōz sacerdot̄ p̄fiteat̄
de eo. in̄roget eū sacerdos si placuit ei damnū vl̄ malū. p̄ri.
et si bonū vel p̄modū illi d̄isplicuit ei. z si ex inuidia d̄traxit
vn̄q̄ pctō suo. falsū crimen ei imponēdo. vl̄ bonū qd̄ in co
erat diminūdo vel occultādo. vel qd̄ in co erat augmētā
do. vel ill̄ q̄ nō nouerit manifestādo. Itē q̄tiens fecerit ista. z
q̄re. z sic de alijs circūstantijs. Itē si portat odiū vl̄ rancorē
vel malā volūtatē p̄ pctm̄ suum. z q̄re. z sic de alijs Circa
accidiā in̄roget sacerdos si potuit pctōr ml̄ta bona facere
q̄ nō fecit. dicere q̄ nō dixit. cogitare q̄ nō cogitauit. z multa
mala vitare q̄ nō vitauit. Itē si ex negligentia obmisit ire ad
missam. ad f̄monem. z ad alia bona opazē. Scdm̄ ḡ istam
doctrinā sacerdos pot̄it formare in̄rogatōes suas. z in ist̄
vinctio quam accepit a deo z exp̄ientia maḡ docebit q̄ aliq̄
lectio. Ueꝫ qm̄ iuxta varietatē p̄fiteutiū. sacerdos d̄z varia
re in̄rogatōes. Un̄ si p̄fiteus sit religiosus in̄roget d̄ tribo
votis regle. s. de obedientia. paup̄tate. z castitate. In̄roge
tur etiā d̄ regularibz ob̄n̄atijs. z potissime d̄ abusiōibz clau
stri qbz frequē stat̄ religiosoz corū p̄it. q̄ sūt duodecim. scz
p̄lat̄ negligēs. discipul̄ inobediens. iuuenis ociosus. senex
obstinat̄. monach̄ curial̄. monach̄ seu canonic̄ regularis
causidic̄. habit̄ p̄ciosus. cib̄ ex̄q̄sit̄. rumor in claustro. lis i
capitulo. dissolutio in choro. irreuerentia circa altare. Et
fm̄ illas z fm̄ etiā alias obseruantias regulares p̄fessor d̄z
formare in̄rogatōes. Circa etiā clericos seculares sunt
faciende in̄rogatōes de symonia. de negociatiōe. z de alijs
q̄ p̄tinet ad symoniam z ad auariciam. z si habeant admini
stratōem vel officium siue b̄nficiū in̄rogen̄ de dilapidatio
ne bonoz. vel si expenderint in malos vsus bona eccl̄e. Itē
v̄tz interfuerint diuinis officijs z horis canonicis. v̄tz por
tent coronā z habitum p̄gruentem. Item si dicant integre
z p̄fecte diuinū officium. Item in̄rogen̄ de luxuria. de
venatione. de irregularitate. de ludo aleaz̄ z similibz. in qbz
solent sepius peccare. Circa p̄ncipes sunt faciēde in̄roga

m 3.

In̄roga d̄ p̄ncipia

S̄ Ambia

*Duodecim abusiōes
claustralium*

Tractat⁹. III. secunde partis

tiones de iusticia. Circa milites d' rapia. Circa mercatores
z alios officiales mechanicas artes exercetes d' fraudes do
lo. d' medacio. d' piuriorz. Circa burgeses z ciues cot' d' vsu
ris z pignozibz. Circa rusticos z agricolas d' inuidia z furto
maxie circa decimas. pmitias. tributa. z cesus. Un' norā/
dum qlz forma general' supposita sit obsuāda i oībz tñ fm
diuersitatem psonaz z officioz studios⁹ z special⁹ est circa
specialia crimina insistendū. Fact⁹ ipis interrogatōibz si pfitēs
sit psona simplex interroget eum sacerdos si sciat. P^r n^r. Aue
maria. Credo i deū. z si sciat se signare. z si nesciat instruat
eum vel moneat vt addiscat. Deinde interroget si temptet ali
q' temptatōe. et qua. z qūo se habeat i resistēdo. z doceat eū
modū. Si em̄ temptet de supbia cogitet de hūilitate filij dī
de q' hūilitate semetipm fact⁹ obediēs vsqz ad mortē. Logi
ter etiā de casu dyaboli. q' p^r supbiā suā cecidit de paradiso i
infernū. z de angelo fact⁹ dyabol⁹. Si tēptet de auaricia.
cogitet de breuitate vite z instabilitate z vanitate mūdi. z q'
nihil hinc portabit secū d' diuitijs suis. Si tēptet d' luxuria
cogitet de morte z qlis erit post mortē. Un' nō meli⁹ poterit
hois caro vna domari qz qlis fuerit h' mortua pmeditari.
cogitet etiā de penis inferni z gaudijs paradisi. Deet alia ml
ta d' ei oñdere z docere. Hoc factō recolligat z repetat i ge
nerali p^ressionē dicens. Amice tu fuisti p^ressus pctā ista. et
oñdat ei gūitātē pctōz. eū dure increpādo. z iducēdo eū ad
lacrimas. p^ructōz z p^ritōz. Et ad h' mltū valet si sacerdos
oñdat vultū dolorosū z lacrimabilē pctōri. Sic legit d' scō
Ambro. q' qū aliqz p^ritebat ei suū lapsus ita amare flebat q'
p^ritentē q' tūcūqz obstinatū ad fletū z lacrimas pmouebat.
Sic etiā d'z facere sacerdos. z sic pctōz verecūdia duct⁹ ad
lacrimas inuitet. vt lacrimae admonēt excitet lacrimas pe
nitentis. Jō. sumope caueat sacerdos q' nō adulef alicui in
p^ressione. imo q'ntūcūqz sit mag⁹ p^rōa z reuerēda increpet et
corrigat eā dure. Caueat tñ q' ne nimis exasperet l' q' n' sit ni
mis dur⁹ in vbo. S'z si pctōz vult hñ penitere. pmitat eiv/
tā eternā z veniā d' pctis. ita q' pctōz sp' recedat p^rolat⁹ ab eo

*Simpliciter interrogat
An pater dicit
Et quibus gressor sicut
plura informare dicit*

De confessione

Istis rite pacti faciat sibi dicere confessionem generale. mones q si recorder de aliq pcto reuertat ad confessionem. et sic imposita ei pnia absoluat eum in noie dñi. ita tñ q si sit excoicatus excoicatioe maiori nullo mo cum absoluat donec sit ab illa excoicatioe absolutus. S3 fm eodem doctrina q libz curat habes cura animaz p absolueret a minori excoicatioe. id est anq absoluat eum a pctis absoluat eum ab illa minori excoicatioe dicēs. Autoritate dei mihi comissa absoluo te a vinculo minoris excoicatiois si qua incurristi p participatioe excoicatioe. et postea absoluat eum de pctis confessioe et oblitis.

S3 pone curat h3 alijs parrochianos surdos l' mutos vel cecos l' furiosos l' demoniacos. et forte scit istos ee i pcto mortali. qd faciet de istis. Si em moneat surdum ad pniaz si prodest. qz non audit. Si mutum non pte pfiteri. Cecus non pvideret signu nec etia pte legere sic nec mutus furiosus n ee cap ronis. nec etiam demoniacus. Dico q sacerdos dz facere posse suu vt eos inducat ad pntioz. pniaz. et pntioem fm q est eis possibile. s. p bis vel scptis. l' nutibz vl signis. et etiam alijs modis qbz potit. Et si p illa l' silia no pte orare deu et faciat orare plm suu. vt de illustret corda eoz ad pniaz. et si nihil omiserit de ptingentibz non imputat sibi. Quo aut se debeat hze sacerdos ad infirmu qui amisit loquelam et no potest pfiteri. vide supra in pma parte tractatu de eucharistia. cap. ix.

De pte clauu Ca. X

¶ Via sup dictu est cum ageret de pnia pctā in pntioe dimitti. dubiu existit qd dimittat sacerdos pte clauu in absolutioe eum no dimittat culpa. qz illa vt dictu est dimittit in pntioe. nec pena. qz adhuc postq penitēs est absolutus remanz obligat ad pena Circa ista materia istud vidz mihi esse dicendū. Ille em q accedit ad confessionem aut e pfecte pntioe aut no. Si e pfecte pntioe tuc de pte pntiois remittit sibi pctā. teste Ezech. q dic in psona dei. Quacūqz hora i gemerit pctoz omniu iniquitatu eius non recordabor. ita q anteq accedat ad confessionem mandatus est a culpa. Si

m. 4

De pntioe

De pntioe

De pntioe

Tracta. III. secundepartis

Sole de Summariis
Actu 9

aut non est perfecte contritio tunc virtute confessionis ista imperfecta contritio
reducit ad perfectam. ita quod de attrito sit virtute confessionis contritio.
et sic virtute confessionis remittuntur peccata quae ad culpam. Notandum
tamen quod non debet in confessione vel contritione peccata dimitti. intelligendum est
deum dimittit peccatum non contritionem vel confessionem. Unde Ambrosius et po-
nit de pe. di. i. c. pnia. q. 1. de ar. et Aug. et ponit de pe. di. ii. q.
Nemo tollit peccatum nisi solus christus qui est agnus tollens peccata mundi.
Tollit autem dimittendo peccata quae facta sunt. et adiuvando ne fiant.
et producendo ad vitam ubi peccata fieri non possunt. Quod dicit solus
christus. non excludit primum nec spiritum sanctum. cum indivisa sint opera
trinitatis. Et istud verum est quod ad opera quae sunt ad extra. Quid
ergo faciunt ibi claves vel absolutio sacerdotis. Dicendum secundum alios
quos quod deum mundat animam in contritione a macula culpe. et sacerdos
absolvit eam a vinculo pene eterne. Fateor quod non intelligo istos
quod non video quomodo postquam mundat est a macula culpe mor-
talitatis sit obligatus pene eterne. cum ista pena non debeat nisi culpe
peccato mortali. Si igitur deum mundat animam in contritione a culpa mor-
tali. per quos absolvit eam a vinculo pene eterne. et ideo dicunt alii
quod quis peccatum in contritione dimittat quantum ad culpam et quantum ad
reatum pene eterne. tamen peccator adhuc remanet obligatus ad duo. scilicet
ad satisfaciendum peccatum. et ad aliquam satisfactionem pro peccato faciendam.
Et ideo sacerdos virtute clavis absolvit istum a vinculo quod teneba-
tur ad confessionem. et ligat eum ad satisfactionem. Et sic dicit sacerdos
virtute clavis solvere et ligare. Quamvis illud verum sit quod peccator sit
obligatus ad illa duo. non tamen videtur quod secundum viam istam verba forme
sacramentalis absolutio possint bene verificari. nam dicit sacer-
dos. Absolvo te a peccatis. et non dicit. absolvo te a confessione. ergo secundum
istam viam oportet quod absolvat aliquem non a peccatis. Et ideo dicunt alii quod
peccator pro peccato non solum obligatur deo quem offendit sed etiam ecclesie
cui se peccato abstractit. et ideo quis in contritione reconciliatur deo.
tamen remanet adhuc reconciliandus ecclesie in faciendo confessionem
illi qui rector est ecclesie. Et hoc istud sit verum. non tamen videtur sufficere
cum claves non solum extendantur ad soluendum et ligandum in terris.
immo et in celis. dicitur christo. Quodcumque ligaveris super terram etc. Et
ideo dicunt alii quod sacerdos virtute clavis non facit aliquid nisi ostendit

De confessione

siue. vñ dicūt q̄absoluit. i. absolutū oñdit. Unde qñ dic. ab
soluo te. tñ valet. i. absolutū ostēdo te. Et isti vident dictum
suū fundare in auctoritate Ambro. dicent̄. Sacerdos q̄dē
officiū suū exhibet s̄ nulli p̄rās iura exercet. S̄ dictum
istoz par̄ videt̄ attribuere clauibz. 7 s̄bū ambrosij̄ intelligē
dñ est q̄sacerdos nulli p̄rās iura exercet auctoritative s̄ mi
nisterialit̄ bñ. Et iō dicūt alij q̄sacerdos p̄rute clauū absol
uit a culpa si inuenit eam dūmodo p̄fites nō ponat obicē. 7
absoluit a pena purgatorij̄ cui p̄tōr erat obligat̄. nō eā re
larando s̄ eam cōmutādo in penā sp̄alem v̄ corpale. Et s̄
sub p̄ditōe. s̄. si implet iniūctā p̄niam. ita q̄si iniūcta p̄nia sit
p̄digna absoluit a tota pena purgatorij̄. 7 si nō est p̄diḡ non
absoluit a tota pena purgatorij̄ s̄ a tāra. 7 iō si moriat̄ exple
ta p̄nia p̄diḡ nō punit̄ in purgatorio. si at̄ p̄nia nō fuerit cō
digna. Vel si fuit p̄digna nō tñ cōpleuit eam in vita sua com
plebit eam in purgatorio. Et ista op̄io videt̄ mihi sat̄ rōna
bil. Alij dicūt q̄cū om̄ne mortale p̄ctm̄ sit offensiuū diuine
bonitatis q̄ ē infinita. pena debita p̄ p̄ctō mortali est infinita
et p̄ p̄nis est viribz n̄ris ip̄porcionabil. p̄rute at̄ clauūz sit
nobis p̄porcionabil. in q̄tum p̄rute clauūz p̄fiteci cōicat̄ pas
sio x̄pi q̄ dat efficacā sac̄ris oibz. 7 q̄ fuit sufficiens ad satisfā
ciendū p̄ p̄ctis toti m̄di. Un̄ s̄m hāc viā p̄ clauū ē q̄ p̄
tute eaz cōicat̄ p̄fiteci passio x̄pi. in cui p̄rute p̄t satisfācere
p̄ p̄ctis. q̄d nō faciebat añ. Un̄ credo q̄vñū p̄z n̄. imposi
tū in p̄nia a sacerdote efficac̄ est ad satisfāciendū p̄ p̄ctis q̄
si aliq̄s diceret centū millia p̄ semetip̄m. q̄ illud h̄z meritū
a passioe x̄pi. illa p̄o a merito dicent̄. Et ista opinio est mul
tum rōnabilis.

De sigillo p̄fessionis. Ca. XI

Igillū p̄fessionis d̄z eē secretū. q̄z n̄llo mō. n̄llo pacto
p̄ n̄lla re d̄z frāgi. imo sacerdos deberz pot̄ sustinere
q̄cūq̄z penā. etiā mortē añq̄z reuelaret p̄fessionē nec p̄bo nec
sc̄pto nec nutu nec signo. Et de h̄ sigillo dicit̄ Breg. 7 habet̄
de pe. di. vi. c. sacerdos. vbi d̄z sic. Sacerdos añ oia caueat
nec de his q̄ ei p̄fitec̄ p̄ctā alicui reuelat. nō p̄pin q̄s nec ex

Ambrosij dicit

quoniam quare passio xpi

Tractat^o. III. secunde partis

francis neq; qđ absit p scādalo aliq. Nā si h fecerit deponat
z oib; dieb; vite sue ignominiosus pegrinādo vadat. Itē de
pe. z re. c. Disytriusq; sex? *Laueat ois sacerdos ne pbo aut*
fig aut alio quis mō pdat aliqten^o pctōrē. s; si prudētorī p
lio indiget illd caute absq; vlla expōsiōe reqrat. qm̄ q̄ in peni
tēiali iudicio pctm̄ sibi detectū reuelare p̄supferit. nō soluz
a sacerdotali officio deponēdū decreuim^o. vepetā ad agen
dū pniā in arto monasterio ppetuo d ectrudendū. Ita q̄
in decretali ista instruit p̄fessor de h quid agere debeat z a q̄
cauere debeat. Si em̄ sacerdoti i p̄fessione occurrat casus
sup q̄ non possit bñ p̄sulere penitētē. v; sup h p̄sulere pitiozē
se v; videat qđ agere debeat. Sub q̄ ar forma ruelabit isti pl
to pctm̄ qđ alter p̄fessus est sibi. Credo q̄ sub ista. si talis ca
sus acciderz qđ faciēdum estz. vel si aliq; p̄fitef de tali pctō
qđ estz sibi p̄sulēdū. Non aut v; dicere vt credo. ego audiui
istd in p̄fessioe. qz dicēdo sic ip̄e mentiref. qm̄ ip̄e n̄ audiuit
vt ip̄e s; v; vicari^o z locū tenēs dei. Et multo min^o v; dicere
qđā p̄fessus est mibi. qz dicēdo sic in generali z ip̄licite reue
lat p̄fessionē z etiā mētē. qz p̄fessio fuit facta deo z non sibi
nisi vt locū tenēti dei. Sz pone sacerdos sup crimē quod
audiuit i p̄fessioe inducit in testē z cōpellit iurare qđ faciet.
si dicat reuelat p̄fessionē z puniet. si negat piurat. Dico q̄ si
solū sciat p̄ p̄fessionē. ip̄e v; iurare se nihil scire d̄ ista matia
sup q̄ interrogat. nec piurat. qz ip̄e nihil d̄ h scit. Esto ei q̄ sci
at istd crimē sibi fuisse p̄fessum. nescit tñ v; p̄fitef i p̄fitefdo
dixerit vep; vel falsū. z iō p̄vere dicere se nihil scire. Sed
qđ si iuder erit cauillosus. z interrogabit eū p̄ iuramētū v; v;
audierit aliqd de crimē de q̄ agit. Dicendū q̄ iuramentuz
non ligat eū ad dicendū aliqd in hac matia. cū iuramētū nō
sit innētū vt sic vinclm̄ iniqtat. extra de iureiur. c. v. In nul
lo qđ sit h mādātū dei est obligatoriū iuramētū. Un̄ cū reue
lare p̄fessionē sit h mādātū dei. s; illd. Non falsū testimoni
um dices. nullū est iuramētū ad h obligatoriū. Un̄ talis p̄
licite iurare nihil se audiuisse. z intelligat q̄ nihil audiuit vt
bō. vel p̄ modū q̄ debeat testificari. Ulteri^o pone q̄ sacer

hancan ubiq

ad ang p̄fessio aut diffinat
p̄fessioe facit quid agi
debeat

p̄fessio p̄fessioe aut v; v;
reuelat p̄fessioe p̄fessioe
iurare p̄fessioe

De confessione

dos sciat p[ro]fessionē aliquē hereticū i parrochia sua vel alibi
q[ui] alios iducit ad heresim. qd faciet iste sacerdos. Ray. i sū. sua
vid[et] dicere i isto casu p[ro]fessionē posse reuelari. Et rō sua est.
q[ui] tal[is] nō suat fidē ecclē cū sit heretic[us] r infidel[is]. iō fides nō ē ei
suāda. xxiij. q. j. noli. Salua tñ reuerētia ei[us] videt mag[is] p[ro]f[ess]o
na p[ro]fessio alia opio quā etiā ipse Ray. recitat. s. q[ui] sacerdos nō
d[icit] reuelare p[ro]fessionē ip[s]i[us]. s[ed] d[icit] ire ad ep[iscopu]m l[icet] ad inq[ui]sitore[m] r di
cere. Custodi r vigila sup oues tuas lup[us] est i grege tuo. Et
q[ui] dicit Ray. q[ui] cū iste nō est fidel[is] nō est ei suāda fides. Dico q[ui]
reuelado p[ro]fessionem fides nō frangit hōi s[ed] deo q[ui] est fidel[is] in
oib[us] v[er]is suis. S[ed] nūq[ui]d p[ro]fite[us] p[ro]fite[us] licētiare p[ro]fessorem sic q[ui]
dicat illa q[ui] dicit ei in p[ro]fessione. Dico q[ui] p[ro]fite[us] b[ea]t[us] p[ro]fite[us] facere q[ui]
illa q[ui] p[ro]fessor scit vt de[us] etiā sciat vt hō. dicendo. s. ei extra con
fessionē q[ui] eidem dixit in p[ro]fessione. r sic p[ro]fessor potit illa dicē
re ex q[ui] audiuit illa vt hō extra p[ro]fessionē. S[ed] nūq[ui]d sufficit
q[ui] p[ro]fite[us] dicat p[ro]fessori dicēdo. ego do vobis licentiā dicēdi
ea q[ui] dixit in p[ro]fessione. vel oportz q[ui] replicet sibi oia extra p[ro]f[ess]i
onem. Aliq[ui] doctores dicūt q[ui] sufficit vt licētiat p[ro]fessorem.
Tñ Durand[us] in q[ui]rto suo dicit q[ui] nō sufficit. imo tenet omnia
replicare sibi extra p[ro]fessionē. Et rō sua q[ui] occurrit ē ista. q[ui]a i
his q[ui] sunt de necessitate sacri null[us] p[ro]fite[us] disp[en]sare. nec etiā pa
pa de q[ui] magis videret. sed tenere secretū est de necitate con
fessionis sacramental[is]. vt p[ro]bat diffuse. q[ui] null[us] p[ro]fite[us] h[ab]et disp[en]
sare. r p[ro] p[ro]fite[us] null[us] p[ro]fite[us] licentiare q[ui] illa q[ui] p[ro]fite[us] dicunt in p[ro]fessi
one reuelent. iō ad h[oc] q[ui] reuelent oportz q[ui] sciant aliter q[ui] p[ro]
fessionē. Et ex his patz q[ui] si q[ui]s sciat aliqd p[ro]fessionē. et ex
tra p[ro]fessionē p[ro]fite[us] illud reuelare. r testificari sup illo eodē mō
